



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 39. Religiosis maximè & sacerdotibus conuenit aliqua[n]do  
taciturnitas, quòd graui probatur exemplo.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

phético, quid inquit? Sequitur v. 6. *Et dixi, A, a, a, Domine Deus. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.*

Quartum est, de Propheta Iob, in quo silentij & arctioris in cellis custodiae non adumbratum, sed verissimum exemplum eluxit, cum Iob 31. 34. loquens de susceptione pauperum, ob quam amicis contemptui erat, inquit. *Si expavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis taci, nec egressus sum ostium meum.* Prophetis tamen non semper tacendum esse, patebit infra cap. 57. num. 1.

### CAPVT XXXIX.

*Religiosis maximè & Sacerdotibus conuenit aliquando taciurnitas, quòd graui probatur exemplo.*

*Religiosis conueniunt silentium.*

**D**E primis loquitur D. Iacobus 1. 26. *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius*

*vana est religio.* Nota ergò hoc certissimum medium esse ne seducamur à Dæmone, vt nos religiosi quàm exactissimè silentio studeamus, ne licentia loquendi abutentes à serpente cum Heua. 2. Cor. 11. 3. etsi simus in paradiso terrestri seducamur. Porro de fræno diximus capite 33. num. 2. De alijs vide caput 26. 34. & 35. Quòd verò religiosi nomine non tantùm intelligentur cœnobitæ, sed & alij docuimus suprâ cap. 29. num. 2.

Alterum est, sacerdotum aliquorum silentium; vti vnum adduximus suprâ à Seuero Sulpitio c. 34. num. 4. Vt verò Sacerdotes etiam qui sua lingua sacram hostiã consecrant, quibus maximè lingua data ad orandũ, psallendum, & legem Dei prædicandã, videant quã grauiter Deus vindicet si ea abutantur, sequens exemplũ ex libr. Apum subiungã, vbi in hæc verba legim⁹.

Sacerdotum  
silentium.

Fuit

Horri  
bile de  
Sacer  
dote  
loquaz  
ci ex-  
emplū.

Fuit quoq; Sacerdos, nomine, non actu, ita linguæ vitio deditus, vt potiùs mentiretur quàm non infamaret criminibus socios ac cohabitantes. Hic ante mortem raptus est in furiã & tanta in se debachatus est cæde, vt proprijs dentibus linguam maliloquam dilaniaret, manderetq; & palàm cunctis ostenderet, quòd quia lingua sua dolosè egerat & venenum aspidū sub labijs eius, quasi sepulchrum patens guttur illius, fetorem teterimum exhalaret. Hæc ibi.

## CAPVT XL.

*Præter homines, & alia filere dicuntur.*

**P**rimò, Deus ipse vt suprâ ostēdimus cap. 28. num. 1.

Secundò, Angeli, vt diximus capit. 20. num. 2.

Tertiò, Babylon filia Chaldæorum. Vnde Isa. 47. 5. *Sedet tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum:*

*deorum:*